

Aduertencias para

268

à Generali Vicario Episcopi, aut ab eo Ordinario qui in suas oves habet quasi Episcopalem iurisdictionem, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem [quæ gratis detur] obtineat: præmiliis, cōsuetudine quacunq; etiā immemorabili non obstantibus. Forma autem præsentandi confessores habetur in corpore iuris inserta in Clementina Dudum de Sepulturis. §. Statuimus. De qua supra ver. Communicatio præmiliorum.

4 **Q**uantum ad secundum sit primi in dubio. Quæ nam sit illa forma seruanda & precepta in illa Clementina Dudum, ad hoc quod confessarij assumpti ex Ordinibus Mendicantibus censeantur legitime præsentati Episcopis, ut audire possint confessiones? Respondetur, quod forma præsentandi eiusmodi confessarios duobus vel tribus punctis explicatur. Primum est, quod Provinciales, vel Commissarij Ordinum Mendicantium debent se conferre ad Episcopos, & ab eis humiliter petere, ut quos ipsi elegerint ad confessiones audiendas, Episcopus approbet, & acceptet in tota sua diœcesi. Secundum est, quod facta hac petitione, ipsi Prælati eligat viros probos & eruditos moribus, & scientia probatos ad iā salu-